Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26453
Copyright: Admont, Benediktinerstift

96

Querentes nos uigiles inuenerunt. ciuitatem quam custodiunt. quia sancti patres qui ecclesie statum custodiunt bonis nostris studiis occurrunt. ut suo uerbo vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus inuenimus quem diligimus. quia redemptor noster et si humilitate homo inter homines. diuinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeunt uigiles dilectus inuenitur. quia cum apostolos et prophetas infra ipsum esse conspicimus. illum qui natura deus est esse super homines consideramus. Prius querentes ut inueniamus. strictius teneatur. Sancta desideria dilatione crescunt. Si in lectulo queritur. quia inter secreta cordis cubilia in tribulatione spe desideratur. Quem querens non inuenit. ut cum quesita facies negatur amantis desiderium crescat.

tes exquisiui quem diligit anima mea. quesiui illum et non inueni. Surgam et circuibo ciuitatem per uicos et plateas queram quem diligit anima mea. Quesiui illum et non inueni. Inuenerunt me uigiles qui custodiunt ciuitatem;

ab infidelitate — ecclesiam

Huius ciuitatis uigilibus dum

Ecclesia de christo dicit:

Num hec est ueritatis uia quam predicatis.

Num quem dilexit

Quia adhuc in tenebris carnis mee subdita fui et tenebris profunde ignorancie obcecata. non inueni lumen ueritatis. id est dominum. Surgam et cetera. Et hoc facio per martyres qui designantur per uicos. quia angustam uitam duxerunt. et per plateas. id est confessores.

Lectulus. grabattum. stratum. tum uoluptas carnis est. ut. Surge. tolle grabattum tuum et cetera. Tum repausatio boni operis. ut. surge et sterne tibi. id est mercedem operum in quibus requiescas prepara. Tum requies temporalis. ut uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Ac si dicatur. Omne quod hic parauit ad requiem sibi. hoc ei occulto iudicio tuo mutasti ad conturbationem.